



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De nobili viro, qui gratia conuersionis capitali sententiae substractus est,
cap. 31.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

illius deprehensus fuisset, in tantum erubuit, ut de seculo fugiens, monasterium nostrum peteret, atque nouitius fieret. Maluit Deo seruire, quam tantam confusionem inter suos confratres sustinere. Ego eodem tempore in eadem ecclesia positus, causam conuersionis eius, ut iam dictum est, intellexi, & quia stabilis non esset talis conuersio, satis timui.

CAPVT XXX.

ALIVS quidam adolescens sanctimonialē quandam imprægnauerat, & confusione urgente, simulque timore, eo quòd femina nobilis foret, conuersus est in ordine nostro: & quam diabolus ei præparauerat in ruinam, per occasionem facta est illi in salutem. Iuvene supra dicto, iusto Dei iudicio, ordinem deserente, iste adhuc perseuerat, Dei se misericordia conseruante. APOLLON. Ut video, non est uolentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. CÆSARIVS: Ita est. Quòd quidam etiam conuertantur ob periculum vitæ temporalis, hoc exemplo doceberis.

Rom. 9.

CAPVT XXXI.

Periculū
vitæ.

EO tempore, quo Rex Otto profectus est Romā coronari in Imperatorem, imperium supra Mosellam fratri suo Henrico Palatino regendum commisit: hic nobilem quēdam virum prædonem per iudicium capitali sentētia damnauit: aduenit Daniēl Abbas Sconauix, suisque precibus apud Palatinum obtinuit, ut ei liceret viuere, & Deo pro peccatis suis in ordine Cisterciensi satisfacere. Sic homo pro suis sceleribus morti addictus, per gratiam conuersionis euasit sententiam damnationis. Frequēter huic similia audiui, scilicet ut homines flagitiosi pro suis criminibus variis suppliciis deputati, beneficio ordinis sint libertati. APOLLONIVS: Licet hæc videantur minima, non tamen sunt parui pendenda, eo quòd sint ædificatoria. CÆSARIVS: Quibus hæc videbuntur minima, audiant de his, quos timor pœnæ gehennalis conuertit, magna atque terribilia.

CAPVT